

f.1.2 Anterioris quinti parisi ramus propago, que inter musculos occultata ad summum perireat humerum. Charakteres illi in secunda hoc modo, et conspectui, huius propaginis soboles notantur, musculis scapulam attollentibus oblatas.

g.1.2 Propaginis f. notatæ ramus in cutem exponreclit, quæ summum integrat humerum, et musculum quo brachium attollitur.

h.1.2 Propaginis f. notatæ ramus musculi brachium attollentis parti insertus, quæ à clavicula et summo humero, quæ is clavicule articulatur, principium ducit.

i.1.2 Propaginis quamvis insignitius ramus, brachii attollentis musculi parti insertus, quæ à scapulae spina exorditur, soboles autem rami i. notati quæ in brachii cutem exporrigit, cum brachij nervorum notis et in utraque figura indicabitur.

6.1 Sextum par. h.2 Posterior sexti paris ramus.

l.1.m Necis quo incuria 1 et in prima figura omisferim, num felicit in apponendis characteribus eos præterierim, quoniam in sinistro latere fortassis illos adhibitos arbitraver: an uero appositor sculptor non expenderit. V. e cuncte sit, ad sinistrum latus e, tuo marte adscribes l. ut sexti paris anteriorum indices ramum, uero accommodabitur illi superculo, quem a sexto pari uersus n. hoc est sepe i. neruum, deduci conspicis. Atque id figura hic inserta monitus, multo præstiteris facilis, quoniam ego, delineationem forte uitaturus, et nibil interim promoturus, iam sculpta ac prælo subiicienda tabula 1 et in ceteris characteribus adiuvare possem.



s.1.2 Septi transversi neruus ex tribus surculis b. e et m conflatus. Quod uero utriusque lateris neruus et in priori figura et in posteriori obliquo ductu incedit, hinc sit, quod inter se penteles thoracis membrana propter cordis inuolucrum quod inibi amplexuatur, hac sede extuberant.

o.1.2 Septi transversi in septum series.

p.2 Sexti paris ramus caudam scapulae sedem petens, et uarijs oblatus musculus.

q.1.2 Anterioris sexti paris rami cum proximoru partium ramis implexus, portio brachii accedens.

r.1.2 Septimum par.

s.2 Posterior septimi paris ramus, similiiter atque alij butus sedis rami sparsus.

s.1 Congressus septimi paris cum proximis paribus, qui neruos in brachium deducit.

t.1.2 Propagines sunt septimi paris, seu potius neruus brachium petentis tertij, ac et notandi, quæ in huius sedis musculos scapulam et brachium mouentes accedunt.

u.1 Octauum par. seu parvum dorsalis medullæ in thoraci uertebris reposante primum.

v.1 Posterior octauum paris ramus.

x.1.2 Octauum paris congressus cum septimo part., quo in brachium aliqui exponriguntur nerui.

y.1 Octauum paris propago secundum superiorem primæ thoraci costæ sedem ad pectoris usque sunt mun proprens.

z.1.2 Surculi octauum paris, seu potius quarti brachium aduentis neruus, qui in huius sedis musculos diffunduntur.

g.1 Nonum par.

b.2 Posterior noni paris ramus.

a.1 Nc y uincum ipsi offenderet, anterior em noni paris ramum et insignitius, hic quoque notantes eius rami propaginem prime costæ exponreclit.

b.1 Propaginis et insignitius surculi in musculos thoraci hic infiltratos protensi. V. erum huiusmodi surculi in subsequentibus paribus costis dilucidus.

c.1.12,13,14,15,16,17,18,19.1 Parva neruorum a nono pari ad uigesimum usque notantur, quibus eadem pene propaginum, et portissimum ad costarium interualla est series.

d.1.1 Surculi intercostalium neruorum sexti paris neruorum cerebri ramum augentes, qui sub tunica costalis succingente costarum radicibus exponriguntur.

e.1.1 In dextro prioris figura latere rami notantur, ab intercostalibus neruis in musculos uaria serie excurrentes, qui thoraci inferuntur. V. erum in sinistro latere paulo expressius cuiusmodi ramos insigniti. Nam i. et ramos indicant in elatiorem partem exponreclit musculi brachium.

f.1.1 Nam i. et ramos indicant in elatiorem partem exponreclit musculi brachium.

g.1.1 Pectori adducentes, cuius fibra deorsum obliquè ut et praesentes rami, porrigitur, et uero et

h.1.1 rami indicantur in humiliorem eius musculo sedem excurretes, ac oblique sursum reflexi. Por

i.1.1 to et rami ostenduntur, obliquè descendentes abdominis musculo exponreclit. Et rami insinuantur in musculum propagati, cuius ope brachium uersus dorso humiliora ducitur. At

o eiusmodi

et usmodi uarijs spectatibus tuncundisimam ramlorum ductus & inflexus ex ipsa pottus sectione, quam hinc ubi omnes delineari nequeunt, obseruandi uentient.

v.1 In dextro latere y ponitur, indicatum neri sobolem papillæ clavigitam.

6.0.1 Ramuli à decimoctavo pari & decimonono principiū accedentes musculi femur mouētū sexti, 7.0.1 Primus nervus brachium accedit, qui in extrema brachij sedis cuto digeritur. Verum in utraq;

figura secundus brachium subingrediens nervus erit, & tertius. Quartus, & quintus, & sextus, 8.1.2 Secundus brachium petens nervus, quem Galeno plus satis tribuens, graciliorum quam oportuit expresti, secus quam in figura huius libri calci infusa.

9.0.1 Secundinoris propagines, que capitibus anterioris cubitus flecentium musculi digeruntur, 10.1.2 Tertius brachium accedens nervus. Quod uero secundus & tertius nervus paulo magis quam natura habent in brachij extremitate delineantur, in hoc factum putato, ut nervi in uice in pluia ramagis quam natura distantes, omnia ad amissim oculi subiectantur.

v.1 Tertij nervi propago in cutem excidens, inter musculum peccori brachium adducentem, & cum qui brachium sursum dicit.

φ.1 Tertij nervi ramulus capiti oblatus, musculi cubitum flecentium posterioris.

χ.1 Tertij nervi propago, in cutem anterioris brachij sedis diffusa.

ψ.1 Hic congressus tertij nervi portionis cum secundo notatur, uerum iam sepius obseruauimus tertium nervum a secundo augeri, ut in figura etiam pince, que huius libri calcii adhibetur.

ω.1 Secundus nervus post congressum ipsius portionis cum tertio nervo deorsum prorepens.

Γ.1 Secundus nervi surculus capiti exprorectus oblongi, & radium in pronum ducentis musculi.

Δ.1 Nervi secundi ramus secundum radium ad brachiale usq; propinquans, ac externam primi pollicis internodij sedem sub cute imbi ascendens, ubi humilius Δ reponitur.

Θ.1 Nervi secundi ramus, iam dicto ac Δ insignito crastior: qui mox in duas propagines, Λ nimtrā Σ dividitur.

Λ.1 Rami quem Θ in signitu elatior propago, sub cute secundum internum latus repens musculi oblongi, & radium in pronum ducentis.

Ξ.1 Rami Θ insigniti inferior propago.

Π.Σ.1 Inferioris illius propaginis Ξ notatae duo principiū rami, secundum internam cubiti sedem ad uolam usq; frequenter exprorecti, quemadmodum Σ in dextera delineatum est manu.

Φ.1.2 Quartus brachium subiens nervus. Huius nervi propagines etiam si accurate in utraque delineatae sint figura, posteriori tamen duntaxat characteres adhibitus sum, ne prior figura plus satis hic obfuscatur.

Ψ.2 Quartus nervi propagines musculis interdum extendentibus diffusæ.

Ω.2 Quarti nervi ramus in cutem posterioris brachij & cubiti articuli sedis exprorectus.

32.2 Quarti nervi propago cutem accedens humiliori sedi extermi lateris brachij obducens.

33.2 Quarti nervi soboles in exterioris cubiti regionis cutem ad brachiale usq; protensa.

34.2 Diuīsio quarti nervi, quā iam extero humeri tuberculo infidet.

35.2 Elatior dictæ modò diuīstionis ramus.

36.2 Elatioris rami 35 notati, in exteriorem pollicis, indicis & medij sedem propaginum serice.

37.2 Demissor ramus diuīstionis 34 indicare, qui ulnae exprorigitur.

38.2 Propagines communi strantur demissoris rami 27 insigniti, que musculis inseruntur, ab extero humeri tuberculo initium ducentibus.

39, 40, 41.2 His notis propagines notatur demissoris illius rami qui ulnae exprorigitur, quas offert tria musculorum initia, ab externa ulnae regione secundum ipsum longitudinem pronatis.

42.2 Rami illius ulnae exprorecti, ac 37 insigniti finis, ac surculi, quos articulo brachialis cum cubito præbet.

\* 1,2 Quintus brachium ingrediens nervus.

43.1 Tertij & quinti brachii accedentiū neruorū series, in musculos internā cubiti sedē occupantes.

44.1 Tertij nervi ramus radio exprorectus, ac postmodum in internam secundum pollicis, indicis & medij digestus.

45.1 Quinti nervi ramus ulnae attenſus, & propagines deritans internā sedi minimi digiti, & annularis, & medij.

46.1 Rami

- Rami illius qui ulnae attendit, ac 45 insignitur, propago externa sed minimi digiti, et antea  
 46.1 Lritis, et medii oblati.  
 47.2 Sextus in brachium pertinens nervus.  
 47.3 Sexti nervi non procul a brachialis cum cubito connexu definetur.  
 48.1 Sacralis pars a foveo nervo in cutem, cui is expongitur, excurrentes.  
 20.21, 22, 23, 24.1 Quinq[ue] paria nervorum e lumbarum uertebris egredientur.  
 49.49.1 A uigintimo pari principium ducens ramus, cum feminali arteria ad testem exponre c<sup>r</sup>et.  
 50.50.4 Series nervorum per abdominis musculos.  
 51.1 Rami e nervis qui abdominis musculis offeruntur, in musculum excurrentes, quo brachium uer-  
 sus dorsum humilio ductur.  
 52.52.2 Posteriores rami nervorum e lumbarum uertebris procedentium. Porro ramuli qui in priori  
 gura bus characteres 20., 21., 22., spectant, illi sunt qui ramum a genit. sexti paris nervorum cere-  
 bri costarum radicibus exponre c<sup>r</sup>et, ac etiam ramuli sunt digesti in principium sexti femur mo-  
 ventium musculi. Ramuli autem 23. et 24. spectant, illi sunt qui musculi hanc dorsi partem fle-  
 dentibus offeruntur.  
 53.27, 28, 29, 30.1 Sex sacri ossis nervorum paria. Ramuli illi qui numero proximi sunt, illi cen-  
 tur, qui ex parte et uterique cervicis implicantur, aniq[ue] musculos pariter accedunt.  
 53.1 Primi pars ossis sacri, seu uigintiquinti paris propago, interne ilium ossis sedi, ipsi q[ui] adeo  
 abdominis musculis hinc ab ilium offe procedentibus exponre c<sup>r</sup>et.  
 54.2 Vigesimiquinti paris propago gibbum ossis ilium accedens, et musculis inibi cluniumq[ue] cuti re-  
 mos offerens. Hinc et subjacentibus partibus ramuli pertinent.  
 55.1 Ramus est propaginis 54. insignit, qui hic musculis offeratur.  
 56.1,2 Dorsalis medulla terminus ab his coniuge, induitusq[ue] procidens.  
 57.1 Primus femur subiens nervus.  
 58.1 Primi femoris cruris uec nervi ramus cutem accedens.  
 59.1 Primi cruris nervi portio musculis implicita.  
 60.1 Secundus in crus prorepens nervus.  
 61.1 Secundi cruris nervi ramus, secundum internam femoris et tibiae secundum ad summum usque pedem  
 sub cute prorepens.  
 62.1 Rami 61 insigniti, in pedis sumnum distributio.  
 63.1 Rami 61 insigniti, notatu digni s<sup>e</sup>boles cuti anteriorum genu secundum ambienti digesti.  
 64.1 Secundi crus petentis nervi portio, femoris profundiora subintrans.  
 65.1 Portionis illius quam 64. notauimus ramus facile primarius, ac quinto femur mouenti insertus  
 musculo.  
 66.1 Tertius in femur pertinens nervus.  
 67.1 Tertij crus petentis nervi s<sup>e</sup>boles, in musculos digesta, pubis ossis foramen occupantes.  
 68.1 Tertij femoris nervi ramus in cutem exponre c<sup>r</sup>et.  
 69.1 Tertij femoris nervi portio alio permanens, et musculis implicita.  
 70.1 Praecipua modo dicta portionis s<sup>e</sup>boles musculo distributa tibiam mouentium secundo.  
 71.1,2 Quartus, idemq[ue] crastinus in femur procedentium nervus.  
 72.1,2 Quarti nervi propago in posterioris femoris sedis cutem magna ex parte diffusa.  
 73.1 Quarti nervi s<sup>e</sup>boles in muscularum capita de prompta, quorum origo a coxendicis ossis appen-  
 dice pendet.  
 74.1 Quarti nervi ramus, primum quarti tibiam mouentis musculi portioni a femori offe principium  
 ducenti oblatum, ac mox in cutem excurrens, que inferiori sedi obducitur, posterioris regionis  
 femoris et genu articuli.  
 75.1 Rami quarti crus petentis nervi, qui capitebus offeruntur musculari, ab inferioribus femoris ca-  
 pitibus principium ducentum.  
 76.1 Quarti nervi in duos crastitic impares ramos diuisio, quam inter humiliora femoris molitur  
 capita.  
 77.1 Gracilior ac exterior dicta modo diuisio truncata.

- 78.78.1 *Exterioris trunci propago, cutem subiens externe tibiae sedis obductam.*  
 79.1 *Exterioris trunci propago cuti subiens, anteriorem tibiae sedem ambienti.*  
 80.1 *Interior cr. gl. truncus magna quarti nervi divisionis.*  
 81.81.1 *Interioris trunci propago cuti tibiam posterius integenti substrata.*  
 82.1 *Propago exterioris trunci, interiori trunco commixta.*  
 83.1 *Interioris trunci in pedis humiliori sedis distributio.*  
 84.1 *Portio rami 78 notati, pedis superiora accedens.*  
 85.1 *Portio interioris trunci, que cuti ex porrigit anteriori sedi articuli obductae, quo talus tibiae articulatur.*  
 86.1 *Interioris trunci ramus, pedis superiora accedens, sed interim in alto latitans. Qua autem ratione interioris exteriorisque truncorum series subinde variet, in ipso decimoseptimi Capitis contextu sum explicatur. Praeter figuram, quarum modo indices expressi, subsequentibus Capitulo mirè ea confert, qua presenti libro colophonem additurus sum. Quamvis enim illa non ad hunc librum sed ad Epitome sit parata, quia tamen postremam et forte etiam ueriore ipsum delineauit, non ab me facturum duxi, cuius notas aliquando in margine subsequentium Capitum ponere.*

### DE DORSALI MEDULLA ET NERVO rum ab ipsa producentium numero. Caput XI.

Dorsalis medulla ab offici medulla differente.



**D**ORSALIS<sup>3</sup> medulla neruorum modo substantia cerebri à qua origine sūnit correspondens, quanto magis à cerebro recedit protenditurq; tanto (neruorum etiam ritu) compacter duriorq; efficitur. Variat enim plurimum ab aliorum ossium medulla impene humida, propemodumq; fluidi, siquidem hanc, & præcipue ipsius substantiam molliorem pinguedini, vel ad ipsi assimiles licet in ossium finibus nutrienti humectandisq; grauis affluato. Quapropter ex hac nullum proflus nervum neq; durum neque mollem exoriri repertus. Quin etiam praesens medulla nec cerebri, aut dorsalis medulla in uulneris obtegitur, nec præterea ipsi adeo digna notatu arteriae ac uene obtunduntur. Quapropter etiam nulla ratione cerebri & dorsali medullæ similis est, neq; ulla illi cum sensu organis aut musculis communio existit. Quum interim dorsalis medulla non paruum cum multis communione sibi uendicet. Quippe si rerum Opifex hanc non produxit, duorum alterum sublequeretur, aut enim omnes corporis partes capite inferiores, ac à<sup>b</sup> nervis sexti pars reruorum cerebri propagines nullas admittentes, motu desistuerent arbitrario, tristitiumque sensu piraientur: aut rerum in singulas partes à cerebro deriuari necesse esset. Verum si motu carerent, tunc homo non amplius animal, sed lapidea lutea ue responderet statu. A<sup>c</sup> cerebro autem in singulas partes exiguum & grandem neruum porrigere, artificis esset neruorum securitatem nihil pendens. Nam non solum gradem nervum, ut qui rumpi confringi que possit, longo progressu deduci non erat tutum, uerum ne aliud quoddam validorum etiam organorum, & minus adhuc ueniam aut arteriam. He enim ut dorsalis medulla à propria origine grandes amplexus enascentes inflar caudicis in progressu uarie discinduntur, & quum corporis partibus appropinquant, serculos singulis partibus offerunt, qui materiam ipsi à principio oblatam communicent. Vnde etiam latius fuit dorsalem medullam uelut flumini aliquem, ex fonte nimis cerebro effluentem, per eam de dem qua transit geniculatum nervos tanquam sensu & motu arbitrari uectores germinare, uti modò rerum Opifex probèt molitus. Cæterum quando dorsalis medulla inflat alterius cerebi omnibus propemodum partibus sub capite positis censetur, hanc quoq; oportebat similiter ac cerebrum duro & ferendis iniurijs pertinaci munimēto, ac uelut propugnaculo cingi. Cuti uero id sit, in primo libro, dum dorsi uertebrarum structura prosequitur, ab initio dicitur est. Praeterea dura etiam membrana dorsalem medullam amplexantur, nisi omnino specie respondentis, quibus cerebrum obuoluitur, etiam si distantia inuicem non congruant. Crafiam enim seu duram cerebri membranā à tenui in caluaria distare, gratia distensionis contractionisq; usorum tenuis membranae & ipsius adeo cerebri, in septimo libro declarabitur. In uertebrarum autem finibus, ubi membranae dorsalem medullam ambiant, dura tenuem contingit. Atque hoc uno inuicem membranæ pugnant: ac eo præterea, quod tertium quoddam inua-

Dorsalem medullam procreandi necesse fitas.

Dorsalis qui mununda.

Officiat.

Membranæ inuicem.

inuolucrum egregie ualidum nerueum que duabus illis quae dorsali obducuntur membranis, extrinsecus cir<sup>o</sup>nducatur. Neque profectio incaecum haec molitur Natura; quippe quum dor salis medulla quedam cum cerebro obtineat communia, quædam peculia<sup>r</sup>a: in communibus quidem communis est fabrica, in peculiaribus autem propria ac differens. Sunt porro communia, substantiam corporis similem habere, & neruorum esse principium. Peculiaria uero, moueri quidem cerebrum, ac pulsare naturali quodam motu, non fecus atque cor: & cerebrum inter immobili osse comprehendendi, non moueri uero dorsalem medullam uertebris qua mouentur inclusam. Merito itaque ipsis paratione, dura membranae, dura nimurum & tenuis, cir cumuouentur: una quidem praepuc<sup>o</sup>, ut colligat simul uasa que in eis excurrunt, & totam eorum substantiam utcumque mollestr constringat: alia, ut in uolucrum efficiatur, & a cir cun datis ossibus munit, ipsa etiam ossa & cerebrum & dorsalem medullam ambient, uelut propugnaculum quoddam & murus, sufficiens citra noxam excipere impetum eorum que aut fecare, aut frangere, aut altero nocere possunt. Ceterum quoniam cerebrum tenuissimæ membranae uasa pulsant crassam membranam, tanto interculo a tenui mebrana in caluaria priuatione diffat, quantum ipsis dum dilatantur, suscipiens fat sit. Quoniam uero dorsalis medulla non pulsat, neque distendit, utr<sup>o</sup> que membrana simul coecit, ne minimum quidem mutuo diffite. Porro quod nullus qui sensu dignoscet queat, motus capitatis ossibus adsit, in uertebris uero motus sit iurius, dorsali medullæ tertium id in uolucrum, cuius paulo ante memini mus, obductum uisit. Nam nobis dorsum inclinantibus, ob id que etiam dorsali medulla ne cessario flexa tensa ha, hæc præcepit nullo eiudi modi in uolucrum succincta frangetur. At dor salen medullam unicam (uti & cerebri fedes, à qua principium dicit, unica simplex que est) iustificat Natura factam esse, neminem latere arbitror, quem homini duo dorfa pro creari suist plane ridiculum, atque ad plurimas actiones ineptum, quod que dorsalis medulla validior per uertebras simplex, quam gemina prorepat. Quam uero sit Galeni ratio uana, quod cerebellum simplex esse docet, ut unica fieret dorsalis medulla, in septimo libro explicabimus. Quanquam sa ne & hoc loco hominis medulla dorsalis ueniat expendenda, si quidem per totam ceruicem & ad thoracis usque medium aliquando & inferius nonnulli, simplex ac indiuia mollii que ad huc deorum fertur, neruos duntaxat generat, & diffundit. Quam uero thoracis me diu perrespit, ut duri ac motui potissimum seruentibus propagandis nervis idonea reddere, non simplex amplius, sed in innumeris secta sibofore descendit, non aliter profecto quam si fequentes multas que tenuissimas chordulas simul recte tensas membranas cuipiam illigares, ac deinde per singula foramina per quae nervi profiliunt, unam atq; alteram chordulam ex mu tuis illi connexu tantisper distribueres, quoque unica tantum superest let chordula, dorsalis medullæ fini respondens. Ad eum nanque modum dorsalis medulla in nervos abfumitur, qui per foramina in uertebris exculta elabuntur. Quanto autem artificio haec concingata sint, partim in primo libro exequutus sum, partim uero in sequentibus Capitibus recensere conabor. Ceterum nervi, quos dorsalis medulla per uertebras ducta, ac paulatim in progressu gra cilescens distribuit, refractionis professoribus sexaginta, & interdum quinquaginta octo en merantur, modo triginta, modo uiginti nouem complexi paribus. A dorsalis enim medulla se de septem ceruicis contenta uertebris, septena exiliunt paria. A medullæ autem fede per thoracis uetebras, duodena dependent paria: à quin autem lumborum uertebris, quinaz ab ossi sacro sena, quomuis inter omnia quinque inferiora ossis faci nervorum paria, si quando id sexformetur ossibus, quodammodo gemina dici possint, quum nervi utrinque antrorum & retrorsum dicuntur ab una radice uix extati. Dorsalis uero medullæ terminus ex ossi facro procidens, nervi non cefetur, neque in ramulos qui nervorum nomen merentur cel sat: quanquam aliquando illum fam ex facro osse offide dependent in tres impense breues surculos diffundi uiderim, tunc facro osse quinque solum ossibus conformato. In canibus autem & alijs animalibus, pro dorsi ossium numero nervorum dorsalis medulle parium frequentia quo differt. Vt nihil de Galeni libris de Partium usu sententia dicam, quando os sacrum quatuor tantum ossibus formari arbitratus est, nullum que aliud os illis subiici scriptum reliquit. Ex illa enim sententia colligere promptissimum est, quam aliorum Anatomicorum placitis, dum illos libros nobis tradidit, anxiè institerit, quam que inuicem confona nobis scripta reliquerit.

*Que dorsalis  
cum cerebro  
habet commun  
itas, & que sibi  
est peculia<sup>r</sup>a.*

*Dorsalis est  
unica.*

*L. 8. de Vta  
partium.*

*Vbi dorsalis  
ueluti e multis  
fasciculis con  
tinguitur.*

*Quot nervo  
rum paria à  
dorsali disci  
dantur.*



ODO haec tenus<sup>3</sup> memorie non exciderit primae ceruicis uertebræ cum occipitis osle, & secundæ item uertebræ cum prima superiori tradite articulationis species, merito in praesentia Naturæ prouidentiam sedulio admiraberis, quæ primo ceruicis pari, & secundo, non ceterorum ceruicis aut thoracis neruorum ritu, sed peculiari quodam, duarum primarum uertebrarum articulationibus impedita, utā insculperit, ac duos utriusque paris, quemadmodum & in facro osle utrinque machinata fit exortus: unum quidem anteriori corporis sedi, alterum uero posteriori extorrigens.

*Quam uiam  
Natura pri-  
mo pareretur  
pari.*

Quippe ut & posteriori primi paris propagini concinna via prepararetur, Natura in primæ uertebræ eminentiore fede ad radice posterioremq; regionem ipsius cum capite articulationis finum exaluit, atq; hinc etiā occipitis ossi finum insculpens foramen efficit primæ ceruicis uertebræ, ipsiō occipitis ossi commune. Ne si fortasse integrum foramen tenui illi uertebræ (uti in canibus, quibus gradior est uertebra, euuenit) insculpisset, ipsa quam aliquoquin magno indigat robore, multis perforationibus inutilia redderetur. Quinetiam quo foramen id arcuus esse possit, Natura posteriori primi paris exortum gracilem efficit, cumq; in musculo duntata distribuit, quia prima ceruicis uertebræ in occipitis os inserviunt, & eos qui ab occipiti osle in transuersos eius uertebræ processus implantantur; aut, ut clarius dicam, in quarti & quinti musculos caput mouentium parum musculos, praesens propago spargitur, ac dextra quidem propago in dextrilateris deperditur musculos, sinistra ante in finitimi: quod etiā tota neruorum serie semper, nisi aliud addiderit, subaudiri uelim. Cæterum ab hoc posteriori primi paris exortu seu propagine furculas etiā de ductu in principium musculi à transuerso prime ceruicis uertebræ, & aliquot subsequentium uertebrarum principium sument ac scapulam sursum attrahentis. Altera primi paris propago non semper conspicua, nimis quam gracilis est, atque ab anteriori dorsali medullæ regione enata, excidit inter primam ceruicis uertebræ & occipitis os, iuxta latus teretis ligamentis secundæ uertebræ procellum (quem denti assimilamus) occipiti colligantis. Hæc propago ut gracillima est, ita etiam mox in musculo absursum, qui anteriori uertebrarum sedi obnati, dorsum mouentium primum par recèsentur. Secundum neruorum par, quando prorsus ex lateribus subsequentium parium modo pronasci nequit, utpote ab articulatione duarum superiorum uertebrarum offendendum, aut quid si foramen inibi uertebræ efficit insinuatum, articulationis robur omnino infirmaretur, Natura uertebræ noxam fugiens, secundū par ut frequentius, binis exortibus seu propaginis exorti operare precium putauit, ac posteriori propaginem, quæ anteriori longe est crassior (quoniam & ipsa gracilis usitatur) per latera posterioris secundæ uertebræ processus, quem spinam vocamus, eduxit, ubi id opportunissimum tuellissimumq; iter (uti in primo docuimus libro) machinata. Praesens propago quam utrisq; primi paris propaginis crassior sit, in plures quoq; dividitur ramos. Similatq; enim prodit, in duos crassitic impares diffindit, ac crassior apud ribus quodammodo ad posteriora sursum transversum tendit, ex spine nimis secunda uertebræ lateribus, surus spinas medium, ubi mutuus est utriusq; lateris musculorum posteriori ceruices regionē occupantiū congressus. Ramus iste tertij paris<sup>9</sup> sobole huc exortus coactus, ac ex dictiori iam musculorum medio in exteriora prolapsus, contrario penitus ductu ex posterioribus sursum in priora ad caput contendit, atque inibi in uniuersam capitum cutem tam quam circa aures, quam post aures ad uerticis usque summum habetur, surulos spargit. Huius rami progressus accurate proper subseuentium parium seriem uenit perpendicularius. Ab illis enim paribus ramī à uertebrarum lateribus ad ipsiarum spinas pertingit, & hinc refit extorrum per mutuum musculorum utriusq; lateris cōgressum, & surus hinc à spinarum seu posteriorum procellum apicibus, dorsisq; medio antrorum seu surus corporis latera ascendunt, & in musculos digeruntur à spinarum apicibus principiū ducentes, uti subsequentes nervorum series ordine docta est. Cæterum posterioris secundi paris propaginis minor ramus in proximorum musculorum principia diuarticatur, sunt autem illi tertii & sexti paris<sup>9</sup> musculi, eorum quos capitis motibus praefere dimicimus. Anterior secundi paris propago admodum gracilis, ab anteriori dorsali medullæ sede originem mutatur, atque inter secundam & primam elabitur uertebram ad latus radicis, eius secundæ uertebræ processus, quem denti comparamus. Digeritur autem hæc propago mox in musculos anteriori ceruicis uertebrarum sedi adnatos, qui primum par musculorum dorsi motus autorum constituunt. Tertium nervorum

*Secundi par-  
vis exgreffatis  
series.*

nerorum à dorsali medulla prodeuntium par ex<sup>o</sup> communi foramine secundæ cervicis tier-  
 tebræ & tertie procdit, mox ab egressu in duos discis ramos.<sup>o</sup> Posterior retrorsum flecti-  
 tur, ac inter musculos cervicis extedentes, qui dorsum mouentū septimus & octauus enumerat<sup>o</sup>  
 tur, ac deinde inter caput mouentū secundum par occultatus, ad secundæ vertebræ spinam  
 contendit, atque hinc ex mutuo muscularum posteriorem cervicis sedem occupantium con-  
 cursu in posteriora excidens ad cervicis properat latera, <sup>o</sup> mulculo suffultus, qui ex carne con-  
 stitutus membrana buccarum motus opifex censetur.<sup>o</sup> Anterior aut tertij paris ramus, in qua-  
 tuor spargitur propagines, ac primamusculos dorsum mouentū primum ac secundum im-  
 plicat.<sup>o</sup> Secunda propria declivis ducet, quartum ad neuorum par, cuidam ipsius surculo  
 commiscida, in dictos nuper musculos ablumpit.<sup>o</sup> Tertia autem sursum contendit, ac po-  
 steroris secundi paris propaginis ramo in uerticis cutem excurrenti conreditur, unā cum illo  
 (uti prius dictum est) dispergenda.<sup>o</sup> Quarta autem tertij paris anterioris rami propago in mu-  
 sculos digeritur, qui transuersi uertebrarum processibus connotati, cervicem in latera mouent:  
 & eum pariter qui à transuersi uertebrarum cervicis processibus principium ducens, scapu-  
 lam sursum uellet.<sup>o</sup> Quartum cervicis neuorum par è communi tertie & quartæ uertebra-  
 rum foramine excidens, tertio pari similiter in duos partitum ramos.<sup>o</sup> Posterior aliorum quire  
 trorsum ad spinam inter musculos occultatur & reflectunt modo, uersus tertie cervicis uertebræ  
 spinam contendit, in progressu illis quibus intertextur mulcili, surculos diffundens. Quādo  
 aut spinam contingit, per mitrum elabitur congressum, muscularum posteriorem cervicis re-  
 gionem occupantium, atq; hinc in latū membranæ digeruntur muscularum buccarū motus au-  
 torē præcipiunt.<sup>o</sup> Anterior aut quarti paris ramus, ternas educte propagines, ac unā promit, cui  
 tertii paris<sup>o</sup> propago commiscetur, queq; in musculos deripiunt, stomachi subfratos, ac cer-  
 uicem flectentes.<sup>o</sup> Secundam uero propaginem in musculos distribuit uertebrarum lateribus  
 adnotatis: cuiusmodi fit quoniam beneficio cervix in latera ducitur, ac is qui à transuersi collis  
 uertebrarum processibus principium ducet, scapulam sursum allicit.<sup>o</sup> Tertia propria duabus  
 nuper dictis gracilior, declivis fertur, cum quinti paris<sup>o</sup> sobole congressura, ac simili cum illa et  
 sexti paris<sup>o</sup> propagine septi transuersi neruū confitutur.<sup>o</sup> Quinto pari, quod prædictis qua-  
 toru fuccedit, quinta uertebra cum quarta iam præbet: ipsum uero similiter atq; quartum in  
 duos discindit ramos, ac posteriorem ad spinam apices retinet, eodem profus modo  
 digerendum, quo posteriorem quarti paris ramum digeri diximus. At prior anterior uero quin-  
 ti paris ramus, primum<sup>o</sup> sobole spargit muscularis cervicem flectentibus, dein' grandiore de-  
 promit, qui deorsum repens ramulos utriusq; uicini paris, quarti nimirum & sexti excipit, & il-  
 lis adactus,<sup>o</sup> uerum<sup>o</sup> septi transuersi efformat, qui præcipua quinti paris constat propagine,  
 & exigua sobole quarti paris, & item exigua sobole lexit. Interdum uero & septimi paris transuersi  
 lus septi transuersi neruus accedit, at tunc quarti paris soboles ipsi nulla ostenditur. Atq; hæc sanc-  
 regio admodum industræ septo transuersi neruos elargitur. Variat enim id à ceteris muscularis  
 non figura solum, uerum & functione. Orbicularis enim forma (uti in secundo recentissi-  
 mus libro) uisit, & situ obliquo donatur. Mox caput ipsius à quo fibre dependent, non ut  
 quispiā arbitaretur, ex pectoris osse, ac costarū cartilaginibus, aut uertebrarum corporibus  
 eductus, sed in media totius septi regione, que neuosa est, id consistere nobis persuasum ha-  
 bemus. Ac proinde ueros fibris illis motum largituros, & proreperi ab alto operæ precium  
 fuit, ut in uniuersam ipsius fedem suam uim ex aquo diffundenter. Si uero Natura neutrō fe-  
 pti partibus, que pectoris ossa, costis & uertebris connascuntur, inservisset, septi finis in ipsius  
 medio haberetur: quū neutrō in muscularum initia portius quam fine extorrigi, Anatomes  
 professoribus axioma sit. Atque hac ratione septum duntaxat neutrō à cervicis uertebris mu-  
 tuatur, longo enim progressu eos ducere, quum posset ex proximis sedibus emitte, Opificis  
 esset ignorantis, quid magis in fabrica conduceret. Hac igitur occasione septo sublimes trans-  
 mittuntur neutrō, uniuersum thoracem perrepantes. Ne uero in progressu perclitentur, eos  
 interfipientibus thoracem membranis adnexuit, unum neutrō singulis membranis exteriori  
 firmans. Nec profectò minorem cōditores industræ arguit, id quod adhuc anterioris quin-  
 ti paris neutrōrum cervicis est reliquum, atq; in<sup>o</sup> musculari præcipue inferitur, cuius auxilio bra-  
 chiū atolluntur. Hic enim quia ingens grauecī membrū impene<sup>o</sup> sursum attolare debebat, for-  
 ti ualidoq; indigebat neutrō, quem Natura ipsi leuisissime à commemorata quinti paris portio  
 ne deduxit. Natura enim ab hac portione ramulos quo<sup>o</sup>dam porrigit<sup>o</sup> muscularis scapulam at-  
 tollentibus, primum ab externo huius portionis laterē neutrō deriuat, qui foras emergens, atq;  
 in multas scissis soboles cutem implicat, qua atollens brachium muscularis integratur. Deinde  
 reliqua portio in profundo recondita, simulacrum scapulae cervici appropinquat, in duos ma-

Quinti paris  
finitus.

Quinti paris  
finitus.

Sep. trans.  
uero neu.  
confitut.

R. et quan.  
terioris ran-  
gant parisi.

gnitudine impares partitum ramos.<sup>o</sup> Anterior, qui & gracilior est, sub summi humeri cum clavula<sup>o</sup> connexu porrigitur, & musculi brachium attollentis parti fiboles spargit, que à humero humero & clavicula inibi principium ducit. Atque hic ramus cuti nullum exproprietat<sup>o</sup> surculum, nisi interdum extreme gracilem, aliquousque humeraria uena concomitantem.<sup>o</sup> Posterior uero eius quinti parisi portionis, quam in profundo recondita declivem ferri distinximus, ramus qui anteriori crassior est, postquam gracilem exproprietat<sup>o</sup> ramulum<sup>o</sup> musculo hinc à scapula sursum ad os referens proficisci, infide<sup>o</sup> foraminis instans semicirculare in scapula elatione costa exsculpto. In hoc foramine posterior hic ramus uena quoque & tenui anteriori concomitantus, mox propaginem diffundit<sup>o</sup> musculo sinum occupanti, quem inter scapulae spinam & clavatorem ipsius costam haberi scripsimus. Insuper in musculo brachium attollentis fedem digeritur, à scapula spina & summo humero pronatam. Verum hic ramus in praesentem musculum non totus exhaustur, sed<sup>o</sup> surculo quoquam cutem brachii externae fedi obductam adit, quem secundum exteriori latu<sup>o</sup> insertionis ramus ille ab alto transmittit, quam musculus is brachium attollens in humerum molitur. Eadem fanè industria & à succedentibus neruorum paribus seu neruis in brachium progreditur ad musculos scapulari mouentes, nerui transmittuntur, qui omnes intimis mulcetur fedibus potissimum inferuntur. Cæterum nunc tempore

*Sexti paris  
series.*

est, sexti & septimi parisi serie<sup>o</sup> sermoni subficiere. Sextu<sup>o</sup> par sub quinta uertebra excidens, eadem cù cateris paribus serie ad ceruicis musculos<sup>o</sup> posteriorē ramū dispensat, tu eos qui ceruicis & capiti præsumt motibus, tū illorū capita<sup>o</sup> qui respirationis opifices ex ceruice thorace accedunt, quanq<sup>o</sup> & hi potissimum ipsorum neruos a septimo pari & octauo quoque seu primo thoracis par i<sup>o</sup> mutantur. Anterior augen sexti paris portio, postquam<sup>o</sup> neruus exproprietat<sup>o</sup>, qui quinto parisi portioni ad neruum septimi transuersi constitendum permiscetur, cum contiguis paribus, septimo nimirum & octauo<sup>o</sup> coit, & uarii rufus diffunditur, neruus unum cum proximis partibus efformatur, qui in manu contendit. Priuatum uero præter cetera ceruicis paria, lessum par<sup>o</sup> portionem notatu dignam deorsum ad scapulae cauum transmittit, & ramu quoque tum ab hoc, tum & a cateris coniugis ad musculos digeruntur, qui scapulam sursum ducent. Validis enim & magnam molem attollentibus musculis uarias quoque ac frequetas neruorum propagines inferi, quam maxime ratione est conponum. Septimi etiam paris ex communi fexte & septima ceruicis uertebrarum foramine probantur, magnus cum dubiis proximis coniugationibus sexta uidelicet & septima congressus perficitur, atque huius potissima portio in manu fertur. Ab hoc enim pari & quinto & sexto ceruicis, & primo & secundo thoracis uertebrarum omnes manus nerui propagantur. Qua autem serie illi digeruntur, peculiari Capite perfec<sup>o</sup> ior, modò interim adhuc addens, septimum par interdum ramulum septimi transuersi nero uo offerte, & perpetuo<sup>o</sup> ramum in posteriord ad spinam ducere, qui præter ceteras propagines in musculo posteriori ceruicis sedi instratos digestas, aliquot etiam offert latere membranœ musculo, qui buccas mouet, atq<sup>o</sup> ex carne a membrana constituitur. In hunc enim mulcendum quinto parisi neruorum cerebri<sup>o</sup> propagine per<sup>o</sup> cœcum foramen excidente, ac deinde ab omnibus paribus uertebrarum ceruicis (li primu<sup>o</sup> excipias) fiboles pertingit, uniuersi secundum musculi fibrarum ductum exproprietate, ac proinde etiam ad uenas & ligamenta multifariam (ut ductum illum seruit) reflex, accuti etiam communicate.

*Septimi paris  
series.*

### SERIES D<sup>O</sup>VODECIM PARIVM NERVO<sup>rum</sup> dorſalib<sup>o</sup> medullæ, thoracis complexe uertebris. Cap. XIII.

*Primi paris  
thoracis, fe  
dibus, dorſalibus  
delle uer  
uas, illi  
u series.*



RIMVM thoracis neruorum<sup>o</sup> par, inter septimam ceruicis uertebrarum et thoracis primam, quinque humiliorum ceruicis parium modo existens, superioribus dorſalib<sup>o</sup> medullæ neruorum paribus comparatum, opportunit<sup>o</sup> octauum nuncupabitur. Hoc i<sup>o</sup> ratiæ similitudine excidens, in duos imparis diductum ramos, <sup>b</sup> posteriorē, qui & gracilior est, retrofum ad spinam inter musculos uertebris hic a dnatos reconditū detorquet, à quo in progreffu<sup>o</sup> surculo accipit radix<sup>o</sup> musculi à prima thoracis costa in trā<sup>o</sup> uellos ceruicis uertebrarum processus inserti, ac ceruicem in latus (uerius anteriora tamen magis) inclinant. Deinde qui ceruicis capit<sup>o</sup> que in posteriori motibus præficciuntur musculi, ab hoc ramo octauo pari surculos adipiscuntur. Quod autem eius ramii septima ceruicis uertebræ spinam contingit, extorfum dicitur: & rufus transuersum à spina abscedens, pagines offert humiliori sedi eius<sup>o</sup> musculi qui scapulam mouentium secundus ac maior emeratur. Insuper & musculo scapulae basi inferio, scapulamq<sup>o</sup> ad dorsum trahenti, ac deinde illi

